Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quid quid respondisset torquendũ ad
calũniam · & princeps sacerdotũ ait illi ·
Adiuro te p dm̃ uiuũ ut dicas nobis si tu es
xp̃s filius dĩ · quid adiurat impiissime
sacerdotũ ut accuses an ut credas ·

> ł si ut accuses· arguunt alii: condẽnare tacentẽ· si ut credas:·

quare confitenti credere noluisti · dicit
illi ihs̃ tu dixisti · & aduersum pilatum
& aduersum caiphan similis responsio · ut ppria
sententia condẽnentur · Tunc prin
ceps sacerdotũ scidit uestimenta sua
dicens · blasphemauit quid adhuc egimus
testibus · Quem de solio sacerdotali
furor excusserat · eadẽ rabies ad scin
dendas uestes puocat · Scindit autẽ
uestimenta sua · ut ostendat iudeos
sacerdotii gloria pdidisse & uacuã sedẽ
habere pontificis · sed & consuetudinis
iudeicę ẽ · cum aliquid blasphemium
& quasi contra dm̃ audierint scindere
uestimenta sua · quod paulũ quoque
& barnaban quando in lycaonia deorum
cultu honorabantur fecisse legimus ·
Herodis autem quia ñ dedit honorem do